



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Undo cognosci possit, quando juramentum habeat vim confirmandi contractus, vel non, & quos effectus habeat juarmentum confirmatorium contractûs?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

niz, promissio pœnz sponsalibus adiectæ & solvendæ à resiliente &c. Si tamen us positivum non tantum contractum, sed etiam adiectum iuramentum irritum reddat, non potest per hoc confirmari contractus, cum iuramentum tale nullam vim obligandi habeat, prout communiter dicantur, ea iuramenta infirma, & nulla esse, quæ adieciuntur pactis v. g. bono publico repugnantibus, sive quæ adversantur bonis moribus civilibus, cum Republicæ damno, cuiusmodi turpe pactum, & iuramentum ab utroque iure irritum est, si quis puellæ sub iuramento pro nitat matrimonium, si uxor sua moriatur, vel quoddam remittere velit dolum furtum, vel aliam iniuriam, si impostitum committatur.

§. II.

Unde cognosci possit, quando iuramentum habeat vim, confirmandi contractus, vel non, & quos effectus habeat iuramentum confirmatorium contractus?

Non confirmatur iuramento pactum v. g. quod à jure positivo civili etiam, principaliter prohibetur, & irritatur, ob publicam utilitatem, prout jam dictum, cum juri publico, pacta privatorum etiam iuramento confirmata derogare non possint: confirmatur autem pactum v. g. quod quidem prohibitum est, principaliter tamen & directè ob privatam utilitatem paciscentis, etiam si secundariò & indirectè etiam bonum publicum concernat tale pactum, cum quilibet possit renuntiare juri in favorem suum introducto. Quod si tamen in culpabile præjudicium tertii non quidem

Pluring. Compend.

indirectè tantum, sed directè pactum tale v. g. tenderet, non confirmaretur iuramento, cum iuramentum tale esset de re iniqua.

Sunt autem plures effectus iuramenti, quod confirmat pactum v. g. de jure invalidum. Primus, est quoddam ex tali iuramento oritur duplex obligatio, una respectu DEI ex virtute Religionis, altera erga hominem, cum quo pactum initum est ex justitia, vel fidelitate. Secundus est quoddam, si ab alio quam Creditore relaxetur tale iuramentum confirmatorium, maneat tamen obligatio justitiæ, aut fidelitatis erga paciscentem v. g. quia obligatio in tali casu non tantum provenit, ex vi iuramenti, sed ex legis dispositione, pacta talia v. g. iuramento confirmare volentis, si tamen Creditor remittat tale iuramentum in sui favorem præstitum, omnino dissolvitur contractus, vel pactum iuramento confirmatum, quia hic talis, quod pro suo favore pugnat, remittere potest. Tertius effectus est, quoddam iuramentum confirmatorium irrevocabiliter servandum sit, ita, ut non liceat repetere id, quod solutum est. Quartus est, quoddam pariat actionem in iudiciis, quia inducit etiam civilem obligationem, ex qua actio in foro externo oritur. Quintus est, quoddam ordinariè non possit illius relaxatio obtineri, quia cederet talis relaxatio in præjudicium tertii. Sextus est, quoddam transeat talis pacti aut contractus obligatio etiam ad hæredes ad quos iura & onera defuncti transeunt.

3* 50

Y y

§. III.